



ALBERTVS Rudolphi Caesaris filius, principum sus-
 fragio & Bonifacij pontificis assensu corona imperij do-
 nat, quod eò libentius pontificem fecisse ferunt, ut odiũ
 in Philippum Gallorum regem ostentaret. In quem copias
 parans Caesar, à Ioanne fratris filio in Rheni transitu in-
 terficitur post .x. imperij annum. Quem adolescentem e-
 gregie uirtutis Rex omnino negligere uidebatur, nec ulla
 ditione eum honorandum putauit. Cesare sic interfecto,
 HENRICVS. VI. Lucenburghensis Comes successit,
 cui pontifex ideo ratum fecit imperium, ut Italiam primo
 tempore peteret, quæ uarijs tum agitabatur tumultibus,
 ueniens igitur Turrianam factionem oppressit Mediolani
 Romam intrans post diadema acceptum, ab Ursinis ex-
 pulsus, cum Florentinos bello urget. t. ueneno in eucharis-
 tia dato, opera Dominici fratris, è medio sublatus est,
 anno regni quinto.